



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Liber capitulo[rum] ex diuersis co[n]cilijs collectoru[m] a beato Martino  
Braccare[n]si ep[iscop]o.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)



X ¶ Placuit, vt quia p̄ stultitiã præsumpti nuper erroris, aut certe ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis fœtore corrupto cognouimus quosdã p̄b̄os in huius p̄sumptõis audaciã retineri, vt missas mortuorũ etiã post acceptũ meũ vel oblationẽ ausi sunt cõsecrare. Ideoq; hoc præfixæ euidentis suã admonitione seruet, vt si quis p̄b̄i post hoc edictũ nostrũ amplius in hac uesania fuerit deprehẽsus, hoc est nõ ieiunus, sed q̄cũq; cibo p̄sumpto oblationẽ cõsecrauerit in altari, continuo ab officio suo priuatus à p̄prio deponat̄ ep̄o. His ita gestis placuit oibus pro confirmãda horũ obseruatiã vnũquemq; propria manu subscribere, eo placitoꝝ factõ, vt si quis eorũ capituloꝝ terminũ trãsgressus ad inordinatas cõsuetudines reuerti uoluerit, totius cõcilij ex cõcicatione correptus, uerissimã sibi de sui ordinis inclinãtione nouerit imminere sn̄iam. Martinus Braccarẽsis metropolitane ecclesiæ ep̄s his gestis subscripsi. Remisol Bisens̄is ecclesiæ ep̄s his gestis subscripsi. Lucetius Colũbrigẽsis ecclesiæ ep̄s his gestis subscripsi. Adoriẽs Getane ecclesiæ ep̄s his gestis sub. Sardinarius Lamucẽsis ecclesiæ ep̄s his gestis sub. Viator Magnatẽsis ecclesiæ ep̄s his gestis sub. Alitigitis Lucẽsis metropolitane ecclesiæ ep̄s his gestis sub. Andreas Herẽsis ecclesiæ ep̄s his gestis sub. Aniludẽsis ecclesiæ ep̄s his gestis subscripsi. Pulẽsus Asturicẽsis ecclesiæ ep̄s his gestis sub. Mailoc Brittanorũ ecclesiæ ep̄s his gestis sub, Victimer Auriẽsis ecclesiæ ep̄s subscripsi.

**Incipit prefatio sancti Martini Braccarẽsis**

episcopi in libro capituloꝝ ex græcorũ synodis collectorum.

**D**omino meo beatissimo atq; apostolicæ sedis honore suscipiẽdo in Christo B fratri Nigefio ep̄o, vel vniuerso concilio Lucẽsis ecclesiæ ep̄is Martinus, Canones qui in partibus orientis ab antiquis patribus cõstituti sunt, græco prius sermone conscripti sunt, postea aut succedenti tempore in latinam linguã translati sunt. Et quia difficile est, vt simplicius aliquid ex alia lingua trãsferatur in aliam, simulq; & illud accidit, vt in tantis temporibus scriptores aut non intelligentes, aut dormitantes multa prætermittant, & propterea in ipsis canonibus aliqua simplicioribus videantur obscura. Ideo uisum est vt cum omni diligentia, & quæ p̄ translatores obscurius dicta sunt, & ea quæ p̄ scriptores sunt immutata simplicius & emendatius resaurarẽ, id primũ obseruans, vt illa quæ ad ep̄iscopos, vel vniuersum clerum pertinent vna in parte conscripta sint, similiter & quæ ad laicos pertinent simul sint adunata, vt de quo capitulo scire aliquis uoluerit, possit celerius inuenire.



¶ De electõe ep̄isopi.	1.	¶ De penitẽte nõ admittẽdo ad cleꝝ.	23
¶ De ordinatõe ep̄isopi.	2.	¶ De his qui indiscussi, aut p̄b̄i, aut diaconi ordinati sunt.	24
¶ De euacuanda ordinatõe q̄ absente metropolitano fuerit facta.	3.	¶ De p̄b̄is uel diaconibus qui post ordinatiõnem denotantur.	25
¶ De primatu metropolitani.	4.	¶ De his q̄ uiduas, aut dimissas ducũt.	26
¶ De eo qui p̄ ambitionẽ de inferiori ciuitate ad maiorẽ trãfere uoluerit.	5.	¶ De fornicatoribus clericis.	27
¶ De nõ mutãdis parochijs.	6.	¶ De his q̄ uxores mechãtur.	28
¶ De p̄sumptõe alienæ diocesis.	7.	¶ De uiduis clericorum.	29
¶ De nõ constituẽdo ep̄o successore.	8.	¶ De filia ep̄i uel p̄b̄i quæ fuerit denota & peccauerit.	30
¶ De irruptõe uacantis ecclesiæ.	9.	¶ De deuota uel peccante quæ se maritaue- rit.	31
¶ De ep̄o p̄ necessitatẽ vacãte.	10.	¶ De subintroductis adoptiuis mulierib̄.	32
¶ De contemptore ep̄isopo.	11.	¶ De non recipiendis clericis, & de infirmãda ordinatiõne eius qui sine ep̄i sui licẽtia ab alio ep̄o ordinatur.	33
¶ De seditioso ep̄isopo.	12.	¶ De clericis desertoribus.	34
¶ De senioribus iudicij.	13.	¶ De importunis clericis.	35
¶ De ep̄i p̄sumptõe in rebus ecclesiæ.	14.	¶ De purgãda opinione hæresis.	36
¶ De rebus ecclesiasticis gubernãdis.	15.	¶ De clericis excommunicatis.	37
¶ De rebus ecclesiæ dispẽsãdis.	16.	¶ De presbyteris vt ad secundas non vadant nuptias.	38
¶ De his qui de ministerio ecclesiæ aliquid uendunt.	17.	¶ De his qui ad diaconum eligũtur.	39
¶ De synodo faciẽda.	18.	¶ De eo quod nõ licet diaconum nisi iustum sedere.	40
¶ De ep̄isopo qui noluerit venire ad synodum.	19.	¶ De eo quod nõ licet quẽlibet sacra mysteria tãge-	
¶ De legitima ætate ordinãdi p̄b̄os.	20.		
¶ De eunuchis qui ab alijs fiunt, uel qui sibi naturalia abscindunt.	21.		
¶ De neophitis.	22.		



## Concilium graecarum synodorum.

ria tangere	41	tertia prandere	65
¶ Vt mulieres in sacrarium nō intrent	42	¶ De attendenda coma Clericorum & habitu ordinato	66
¶ Ne lector alterius viduam duxerit	43	¶ De eo qd̄ non liceat poeticos psalmos in Ecclesia dicere, & libros apocryfos legere	67
¶ Si subdiaconus sc̄dam duxerit vxorē	44	¶ De eo quod non liceat super monumenta mortuorum missas tenere	68
¶ Vt non ascēdat in pulpitu nisi lector	45	¶ Capitula Canonum ad laicos pertinentium sequuntur	
¶ De conditionalibus non ordinandis, nisi consensu patroni	46	¶ De eo quod non liceat Christianis prandia ad monumenta portare	69
¶ De non suscipiendis seruis in Clero, alienis	47	¶ De eo quod non liceat Clericis vel Laicis catholicis cathedras ab h̄reticis eulogias accipere, aut cū ipsis & schismaticis orare	70
¶ De non celebrandis natalitijs martyrum in quadragesima.	48	¶ De eo quod non liceat Christianis obseruationes diuersas attendere.	71
¶ Nō suscipi debere ante duas hebdomadas sed ante tres infantes ad baptismum	49	¶ De eo quod non liceat Christianis tenere traditiones gentilium	72
¶ De non soluendo ieiunio in quinta feria paschae	50	¶ Vt non liceat obseruare lunas, aut stellarum cursus.	73
¶ De chrysmate conficiendo	51	¶ De eo quod nō liceat obseruare Calēdas	74
¶ Non liceat presbytero coram Episcopo chrysmare	52	¶ De eo quod non liceat medicinales herbas cum aliqua obseruatione colligere	75
¶ Non licet presbytero ante Episcopum in baptisterium introire.	53	¶ De eo quod non liceat feminas christianas in lanificijs aliquid obseruare	76
¶ De praegnantibus baptizandis.	54	¶ De adulterijs	77
¶ Quae in altari offerri oportet	55	¶ De mulieribus fornicarijs, & abortiuum facientibus	78
¶ De presbyteris Forasticis	56	¶ De homicidio volūtario, v̄ nō volūtario.	79
¶ De non ieiunando in die dominico neque genua flectendo	57	¶ De muliere quae duos fratres coniugio, & viro qui duas sorores habuit	80
¶ De gustādis carnibus, & nō execrandis	58	¶ De his qui nuptias iterauerint.	81
¶ De eo quod non liceat sacerdotibus vel clericis spectaculis interesse	59	¶ De his q̄ se cū animalibus commiscuerint	82
¶ De eo quod non liceat sacerdotibus vel clericis incantatorias, & contrarias ligaturas facere	60	¶ De his qui vsque ad finem vitae in peccatis perdurant, & in exitu communionem petunt.	83
¶ De eo quod non liceat conuiuia facere de confertis	61	¶ De his qui intrantes Ecclesiam propter luxuriam sacramento se abstinent	84
¶ De vsuris vel negotiorum lucris	62	¶ De excommunicatis	85
¶ De clericis qui ad matutinum vel vespertinum non conueniunt	63		
¶ De eo quod non liceat clericis die dominico ab Ecclesia absentari	64		
¶ De eo quod non liceat clericis ante horam			

### ¶ Capitulum Primum.

- C**  ON licet populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium prouocantur, sed iudicium Episcoporum est, vt ipsi eum qui ordinandus est, probent, si in sermone & fide, & in vita edoctus sit.
- D**  II ¶ Ep̄m oportet maxime qdem ab omni Concilio constituti, sed si hoc aut pro necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres colligant, & oim̄ p̄ntium vel asentium subscriptōes teneant, & sic postea ordinatio fiat. Huius aut̄ rei potestas in omni puincia ad metropolitanum p̄tinet episcopum.
- E** III ¶ Non debet ordinari Ep̄s absq; Consilio, & praesentia metropolitani Ep̄i. Ad esse aut̄ omnes oportet q̄ sunt in puincia sacerdotes, quos p̄ suam debet epistolam cōuocare. Et qd̄ si omnes occurrerint, bene, Sin aut̄ hoc difficile fuerit, plures oportet concurrere. Qui aut̄ nō conuenerint p̄ntiā sui p̄ epistolas faciant, & sic oim̄ facto consensu ordinationē Ep̄i fieri oportet. Si aut̄ aliter praeter quod terminatū est à nobis fuerit factum, talē ordinationē nihil praeuolare decernimus. Sin aut̄ sc̄dm Canones, ordinatio Ep̄i fuerit facta, & si qs cū malitia in aliquo contradixerit, plurimorum sensus obtineat.
- F** IIII ¶ Per singulas prouincias oportet ep̄os cognoscere metropolitanū ep̄m, & ip̄m primatus curam suscipere, nihil aut̄ agere reliquos episcopos praeter eum, secundum quod antigtus à p̄fibus nostris constitutum continet̄ in canone, propter quod & metropolitanus episcopus nihil



nihil præsumptiuꝝ assumat absq; concilio cæterorum.

V ¶ Si quis p̄iceps alicuius fuerit ambitionis inuētus, siue ēps, siue p̄bf, vel diaconus de A inferiori ciuitate nō trāseat ad maiorē. Sed si quis contra hæc magni cōcilij cōstituta ipor-  
tunus extiterit, omnimodo euacuetur huiusmodi factum, & suæ iterum restauretur eccl̄iæ  
cui ēps, aut presbyter, aut diaconus prius fuerat constitutus.

VI ¶ Episcopū à propria parochia nō liceat trāfire in aliā, neq; sua sp̄ote introire, neq; B  
inuitatū, neq; ab ēpo coactū, sed p̄maneat in loco, in quo à deo est ordinatus, & in ea quā  
fortitus est ecclesia secundum antiquum canonum constitutum.

VII ¶ Si quis episcopus non per scripturam metropolitani episcopi, aut qui cū eo sunt C  
rogatus de alia prouincia in aliam uenerit, sed præsumptiuꝝ irruens ad ordinationem &  
constitutionem clericorum, qui ad illum non pertinent importunus existat, vacua sunt &  
inania omnia quæ ab eo fuerint constituta. Ipse autem digna increpatione excommunicetur,  
& alienetur à sancto concilio.

VIII ¶ Episcopo non liceat antefinem vitæ alium in loco suo constituere successorem. D  
Si quis autem hoc usurpare tentauerit, talis cōstitutio irrita erit. Non aliter ergo fieri oportet  
nisi cum consilio & iudicatu episcoporum qui post exitum prædecessoris potestatem ha-  
bent dignum eligere.

IX ¶ Si quis episcopus vacās in ecclesia non habentem episcopum subrepens populo E  
sine concilio integri ordinis irruerit, etiam si populus quem seduxit desideret illum, alie-  
num ab ecclesia esse oportet. Integrum autē & perfectum concilium dicimus illud, in quo  
metropolitanus episcopus fuerit

X ¶ Si quis ordinatus per contētionem populi, aut pro aliqua ratione & non pro sua F  
culpa in parochiam quæ ei fuerit data non ierit, hunc oportet ordinē sacerdotij tantum-  
modo contingere, ita ut de rebus ecclesiæ in qua conuenit nihil sibi præsumat, sustineat au-  
tem quod de eo sanctum concilium iudicare uoluerit.

XI ¶ Si quis episcopus ordinatus noluerit agere sacerdotiū, neq; consenserit in sibi cō- G  
missa ecclesia ambulare, istum talem excommunicare oportet, quod si coactus consenserit  
sanctum concilium quod placet de eodē terminet.

XII ¶ Si quis episcopus ordinatus fuerit, & non uult ipsam parochiam suscipere in qua H  
nominatus est, sed alibi uult ordinari, & vim facit, ac seditōes concitat contra eos qui illum  
ordinauerunt, hunc ab honore oportet remoueri, si autem in pristino honore presbyterij  
uult stare, non uetetur ut gradum quem habuit retineat. Quod si reluctatus fuerit, etiā ab  
honore presbyterij deponatur.

XIII ¶ Si quis episcopus in aliquibus causatōibus iudicatur, & uiderit ipsos episcopos I  
qui in prouincia sunt inter se iudicio discrepare, ut alij uideantur eum qui iudicat iustifica-  
re, alij condēnare, pro definitiōe huius disensionis hoc placuit sancto concilio, ut de pro-  
uincia uicina alter metropolitanus conuocetur episcopus, ut per eum confirmetur quod  
secundum rectum placuerit canonē.

XIII ¶ Si quis episcopus nulla ecclesiasticæ ratiōis necessitate compulsus in suo clero, K  
aut ubi forte non est presbyter de rebus ecclesiasticis aliquid p̄sumpserit uēdere, res ipsas  
ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in iudicio episcoporum deiciatur auditus, & tanq̄  
furti aut latrocinij reus à suo priuetur honore.

XV ¶ Quæ sunt ecclesiæ conseruari communi diligētia, & bona cōsciētia, & fide dei qui L  
omnia uidet, & iudicat gubernari oportet cum iudicio & potestate episcopi, cui & omnis  
populus & congregatio commissa est animarum. Manifesta autem debent esse quæ ad ec-  
clesiā p̄tinent in conscientia eorum, qui circa episcopos sunt presbyter & diaconus, ut hi  
omnes sciant quæ sunt ecclesiæ propria, ut si episcopi contigerit transitus, eos nihil latere  
possit ex his quæ ad ecclesiam p̄tinet, ut nullomodo possint minui & perire, neq; res p̄-  
priæ episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesiæ pati. Dignum uero & iustum est  
apud deum & homines, ut ea quæ ipsi propria sunt, cui uoluerit derelinquat, & quæ eccle-  
siæ sunt eidem conseruentur ecclesiæ, ut nec ecclesia patiatur dānum, neq; episcopus pro re-  
bus ecclesiæ in suis proscribatur, ne post eius obitum in causas incidat, qui ad eum p̄tinet,  
nec ipse in maledictum incidere uideatur.

XVI ¶ Ep̄s habeat potestatem in rebus ecclesiæ, ut disp̄set necessitatē habētibus cū om̄i re- M  
uerētia & timore dei. Participare & eū oportet quæ necessaria sunt, si tñ ipse, aut qui cū eo  
sunt fratres indigerint aliquo, ut necessitatē nullomodo patiātur secundū apostolū dicen-  
tem, uictu & tegumēto his contēti sumus. Si autē res ecclesiasticas ēps in suas uolūtates usur-  
pare uoluerit, & loca ecclesiæ & fructus agroꝝ nō cū presbyteroꝝ, uel diaconoꝝ cōsilio cō-  
taminaue-



## Concilium grecarum synodorum.

taminauerit, aut fratribus v<sup>l</sup> filiis vel quibuscunq; propinquis dederit potestatem, vt per eos latenter lædantur res Ecclesie, hunc oportet obnoxium esse Concilio. Sin aliter Episcopus v<sup>l</sup> qui cum eo sunt presbyteri aut diaconi accusent, quia quæ ex redditu v<sup>l</sup> ex quolibet actu Ecclesie veniunt in sinus suos colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt, hoc enim corripitur oportet secundum quod ordinatum fuerit à sancto Concilio.

- N XVII** ¶ Si quis prebyter, aut diaconus inuentus fuerit aliquid de ministris Ecclesie vendidisse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione Ecclesiastica non haberi. In iudicio tamē Episcopi dimittendus est, siue indignus in suo recipi debeat gradu, q̄ multoties hoc ipsum quod de sacro sancto altario contaminatum est in Episcopi potestate dimissum est.
- O XVIII** ¶ Propter Ecclesiasticas curas & altercationum solutiones bene placuit per singulas prouincias bis in anno Concilium fieri conuocante metropolitano Episcopo omnes prouinciales Episcopos, ita vt ad Concilium præcedant omnes presbyteri & diacones, vt eorum qui se læsos existimant in Concilio causæ examinatz ad iustum iudicium perducantur. Et si qui manifeste Episcopi, vel presbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offensa secundum rationem excommunicentur, quàm diu communi consensu de his placuerit dare sententiam. Nulli autem Episcopo liceat propria apud semetipsum Concilia facere præter eos quibus metropoles sunt creditæ.
- P XIX** ¶ Ad concilium conuocatus Episcopus non debet contemnere sed ire, & ea quæ ad utilitatem Ecclesie, v<sup>l</sup> cæterorū pertinent docere si nouit, aut doceri si nescit, nam si contempserit ire extra ægritudinem reus erit fraterni Concilij.
- Q XX** ¶ Si quis triginta ætatis suæ non impleuerit annos nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus, quia & ipse dominus trigesimo anno baptizatus est, & sic cepit docere. Oportet ergo eum qui ordinandus est vsq; ad hanc ætatem legitimam conseruari.
- R XXI** ¶ Si qs præ ægritudine naturalia à medicis habuit secta, s<sup>l</sup>r & qui à barbaris aut dominis stultis fuerint castrati, & moribus digni fuerint visi, hos canon admittit ad clericatus officium pmoueri. Si qs aut sanus non p̄ disciplinam religionis & abstinentiæ, sed p̄ abscessione plasmati adeo corporis existimans posse à se carnales concupiscētias amputari castrauerit se, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium quod si etiam iam fuerat promotus ad clerum, prohibitus à suo ministerio deponatur.
- S XXII** ¶ Qui baptizatus fuerit iam ætate legitima non continuo licebit eum ad Ecclesiasticum ordinem promoueri, quia oportet illum prius doceri quomodo possit docere, & multo tempore post baptismum probati, vt bene probatus veniat ad clerū scdm̄ præceptum Apostoli, dicentis: Neophytum, ne forte in superbiam elatus in iudicium incidat & laqueum diaboli. Si autem succedente tempore in aliquo graui peccato à duobus v<sup>l</sup> tribus fuerit deuictus, depositus de gradu suo cesset à clero. Si quis contra regulam facere præsumpsit, quod sit contrarius magni Concilij, projiciatur à clero.
- T XXIII** ¶ Pœnitēs tm̄ si necessitas aut vltus coegerit inter hostiarios prius deputet v<sup>l</sup> inter lectores, ita vt Euangelia v<sup>l</sup> Ap̄lm̄ legat. Si qs aut ante ordinatus est, inter subdiaconos habeat, ita vt manus non imponat, aut sacra contingat. Ex pœnitēte enim dicimus, de eo qui post baptismū pro homicidio, aut p̄ diuersis criminibus, aut grauissimis peccatis publicam pœnitēciam sub cilicio gerēs diuino fuerit reconciliatus altario.
- V XXIII** ¶ Si qs pbr̄ aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe cū discernerent, cōfessi sunt criminosa p̄ctā sua, aut post ordinationē ab alijs sunt detecti, abijciantur ex clero. S<sup>l</sup>r vero & de vniuerso ordine clericorū seruet, nam hoc sibi quod irrephensibile est sancta Catholica defendit Ecclesia.
- X XXV** ¶ Si quis presbyter ante ordinationem peccauerit, & post ordinationem p̄ctorum confessus fuerit quod ante errauit, non offerat, sed tm̄ pro religione nomē presbyteri portet, si autem ipse non confessus, sed ab alio publice fuerit conuictus, non hoc ipsum habeat potestatem, vt nomen presbyteri portet. S<sup>l</sup>r & de diaconibus obseruandum est, vt si ipse confessus fuerit ordinem subdiaconi accipiat.
- Y XXVI** ¶ Si qs viduā aut ab alio dimissam duxerit, non admittat ad clericatū, q̄ si obrepserit deiciat. S<sup>l</sup>r si homicidij, aut facti, aut præcepto, aut consilio, aut defensione post baptismū conscius fuerit, & p̄ aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deiciat, & in finem vitæ suę communionem recipiat.
- Z XXVII** ¶ Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicatus, aut mœchatus projiciatur & agat pœnitentiam.
- & XXVIII** ¶ Si laici vxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium Ecclesiasticū nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicuius clerici vxor adulterata fuerit, dimittat



mittat eam, si autē cum ipsa voluerit permanere, à ministerio alienus sit.

XXIX. ¶ Si qua vidua episcopi, vel presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet, morienti tantum ei sacramentum subueniat. **A**

XXX. ¶ De filia episcopi, vel presbyteri, siue diaconi, si deo deuota fuerit & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectū receperint, à cōmunionē habeantur alieni. Pater vero causas in concilio se nouerit præstatu. Mulier vero non admittatur ad cōmunionē, nisi marito egerit p̄nitentiā. Sin autē uiuente recesserit & p̄nituerit, communionem in vltimo sine vitæ deficiens, accipiat communionem. **B**

XXXI. ¶ Deuotam peccantem non recipiendā in ecclesia, nisi peccare desierit, & definens egerit aptam p̄nitentiā decem annis, & recipiat communionē. Prius autem q̄ in ecclesia admittatur ad orationē, ad nullius conuiuium christianæ mulieris accedat, q̄ si admissa fuerit, etiam hæc quæ eam receperit habeatur absens, corruptorem etiam par p̄na confringat. Quæ autē maritum acceperit, non admittat ad p̄nitentiā, nisi adhuc uiuente ip̄o marito caste vixerit, aut postq̄ ipse de hac vita deceferit. **C**

XXXII. ¶ Nullus episcopus, neq; presbyter, neq; diaconus, neq; omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se, quasi ad optiuam aliquā mulierē, quasi in loco filiæ, aut fororis, aut matris, nisi forte fororē patris vel matris, & illas solas personas quæ ab omni mala suspitione alienæ sunt. Similiter & religiosis fœminis laicorum alienorum familiaritatem & confortium prohibemus eorum, scilicet, qui nec dei timori subiecti, nec continentiæ retinent disciplinam. **D**

XXXIII. ¶ Si quis in cōtemptu positus p̄b̄, aut diaconus, vel quicunq; ex clero recesserit ab ecclesia sua, nullo modo in alia suscipiat ecclesia, sed oino cōpellat ut ad suā reuertat ecclesiam si aut p̄manerit in superbia, & reuerti noluerit, excōmunicet & proijciat. Si quis aut episcopus ausus fuerit eū ordinare in sua ecclesia, non consentiente episcopo suo à quo recessit, ordinatio illius vacua deputetur. **E**

XXXIII. ¶ Si quis presbyter, aut diaconus, aut aliquis de clero propriā ecclesiam derelinquens, ad alteram ecclesiam vadit, & multo tempore ibi demoratur, omnino nunquam ministrat in clero, & si admonuerit eum episcopus suus, ut ad suam redeat parochiam, & redire noluerit, ubi est, ibi de officio suo deponatur, ita ut nunquam in suum reuertatur gradū propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter eum receperit q̄ de reatu eius est cōsciū, oportet ipsum episcopū sine increpatione in cōmuni concilio non admitti, ut ecclesiasticū canōnem ultra non soluat. **F**

XXXV. ¶ Si qs ep̄s, presbyter, aut diaconus excōmunicatus, in concilio iniuste se queritur cōdemnatū, ad maiorē episcopoz conciliū reuertat, ut eoz inquisitionē & iudiciū expectans (si quas se iustas causas habere putat) illis exponat. Si aut contēpserit, & importunas se palatio aures principū inq̄tare voluerit, hic ad nullā veniam poterit peruenire, neq; spem futuræ reconciliationis habebit. **G**

XXXVI. ¶ Si quis episcopus, siue alicuius episcopi presbyter, aut diaconus, in alicuius hæresis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus episcopus eū in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio porrecto fidei suæ libello satisfaciatur omnibus. Hoc idem & de fidelibus laicis sit decretū, si aliquam hæresis opinionem fuerint nominati. **H**

XXXVII. ¶ Si quis ep̄s in concilio excōmunicatus fuerit, siue presbyter, aut diaconus, à suo ep̄o, & post excōicationē præsumpserit, siue ep̄s ille, aut presbyter, vel diaconus, facere oblationē vel matutinū, aut vespertinū sacrificiū quasi in officio suo agere sicut prius, non liceat ei nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec ultra reconciliari, sed etiam eos, q̄ communicauerint, omnes ab ecclesia respui. Maxime eos q̄ sciebant eum eē deiectum, si autē permanserit turbans & concitans ecclesiam per forasticam potestātē, oportet eū sicut seditonarium ab omni plebe compelli. **I**

XXXVIII. ¶ Presbyterz ad secundas nuptias conuiuiam fieri non oportet, q̄ si ad secundas nuptias venerit, p̄nitentiā postulet, quomodo p̄b̄ ille potest esse qui propter conuiuiū interest tali coniugio? **K**

XXXIX. ¶ Diaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiēdo matrimonio, & dixerit non posse ī castitate permanere, hic non ordinetur, quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit, alienus sit à ministerio, ut vacet à clero. **L**

XL. ¶ Non liceat diaconū ante presbyterz sedere, nisi cum iussione presbyteri. **M**

b

¶ Non



## Capitula Bæracum synodorum.

- N** XLI. ¶ Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi subdiacono aut accolito, in secretario vasa dominica.
- O** XLII. ¶ Non liceat mulierem in secretarium ingredi.
- P** XLIII. ¶ Lector si viduam alterius in vxorem acceperit, in lectoris statu permaneat, aut si forte necessitas sit, diaconus fiat, nihil autem supra, Similiter & si bigamus fuerit.
- Q** XLIII. ¶ Si subdiaconus secundam duxerit vxorem, inter lectores vel hostiarios habeatur, ita vt apostolum non legat.
- R** XLV. ¶ Non liceat in pulpito pfallere aut legere, nisi qui ab episcopo lectores sunt ordinati.
- S** XLVI. ¶ Si quis obligatus est tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet, non est ordinandus clericus, nisi probate vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.
- T** XLVII. ¶ Si quis seruū alienum causa religionis doceat contemnere dominum suum, & recedere à seruitio eius, durissime in omnibus arguatur.
- V** XLVIII. ¶ Non liceat in quadagesima natales martyrum celebrare, sed tantum sabbato, & dominica pro commemoratione eorum oblationes offerre, sed nec natalicia, nec nuptias liceat in quadagesima celebrari.
- X** XLIX. ¶ Non liceat ante duas septimanas paschæ, sed ante tres, ad baptismū suscipere aliquem. Oportet autē vt in ipsis diebus qui baptizandi sunt, symbolum discant, & in quinta feria nouissimæ septimanæ episcopo vel presbytero reddant.
- Y** L. ¶ Non liceat quinta feria nouissimæ septimanæ ieiunium soluere, & omnē exhonorare quadagesimam, sed sincere abstinentes totam quadagesimam peragere.
- Z** LI. ¶ Omni tempore episcopo liceat chrisma conficere, & per suas dioceses destinare, ita vt dirigendum chrisma diaconus aut subdiaconus ante diem paschæ de singulis ecclesiis ad episcopum destinetur.
- A** LII. ¶ Presbyter præsepe episcopo non signet infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi præceptum.
- B** LIII. ¶ Non liceat presbytero prius episcopo introire in baptisterium, sed cum episcopo, nisi forte aut absens fuerit, aut egrotus.
- C** LIII. ¶ Si qua mulier prægnans desiderauerit gratiam baptismi percipere, quando voluerit habeat potestatem. Nam nihil participat in hoc mater infanti qui nascitur, propterea quæ unicuique propria voluntas in confessione monstratur.
- D** LV. ¶ Non oportet aliquid aliud in sanctuario offerri, præter panem & vinum & aquam, quæ in typo Christi benedicuntur, quia dum in cruce penderet, de corpore eius sanguis effluxit & aqua, hæc tria vnum sunt in Christo Iesu. Hæc hostia & oblatio dei in odorem suauitatis.
- E** LVI. ¶ Foracitis presbyteris præsepe episcopo vel presbyteris ciuitatis offerre non liceat neque ministrare in populo, nisi forte illis absentibus.
- F** LVII. ¶ Si quis presbyter publica pœnitentiâ à sacerdotibus accepta, aut aliqua necessitate die dominica pro quadam religione ieiunauerit, sicut Manichæi, anathema sit.
- G** ¶ Similiter & quod ab apostolis traditum, canon tenet antiquus, placuit vt per omnes dominicas, & per omnes dies paschæ, vsque ad quinquagesimum non prosternant se in oratione humilitatis, sed recto vultu ad dominum fungantur orationis officio, quia in his diebus gaudium resurrectionis domini celebramus.
- H** LVIII. ¶ Si quis non pro abstinentia, sed pro execratione escarum abstinet, placuit sancto concilio, vt prægustet, & sic si vult abstinere, abstineat. Sin autem spernit, ita vt olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens, nec suspensionem hæresis à se remouens deponatur de ordine clericatus.
- I** LIX. ¶ Non liceat sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel in conuiujs spectare, sed oportet antequam ingrediantur, ipsa spectacula surgere, & redire inde.
- K** LX. ¶ Non liceat clericos incantatores esse & ligaturas facere, quod est colligatio animæ, si quis hæc facit, de ecclesia proiciatur.
- L** LXI. ¶ Non liceat sacerdotes vel clericos, sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis.
- M** LXII. ¶ Si qui oblitus timorem domini, & sanctam scripturam quæ dicit, pecuniam suam non dedit ad usuram, post hanc agnitionem sancti concilij scenerauerit, & centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæserit, & per diuersas species vini vel frugis, vel cuiuslibet rei emendo vel vendendo aliqua incrementa susceperit, depositus de gradu suo



suo, alienus habeatur à clero.

LXIII. ¶ Si quis presbyter aut diaconus vel clericus ecclesiæ deputatus, si intra ciuitatē fu-  
erit, aut in quolibet loco in quo ecclesia est, & ad quotidianū pfallendi sacrificium matutinis  
vel vespertinis horis ad ecclesiam non conuenit, deponatur à clero, si tamen castigatus veni-  
am ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

LXIII. ¶ Non liceat quemlibet clericum die dominico ab ecclesia absentem esse, sed mis-  
sarium solennijs interesse & ieiunio.

LXXV. ¶ Non oportet clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire  
conuiuia, neque aliquando clericos, nisi hymno dicto edere panem, & post cibos gratias au-  
tori deo referre.

LXXVI. ¶ Non oportet clericos comam nutrire & sic ministrare, sed attonso capite patē-  
tibus auribus, & secundū Aaron talem vestem induere, vt sint in habitu ornato.

LXXVII. ¶ Non oportet psalmos compositos & vulgares in ecclesia dicere, neq; libros qui  
sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos noui & veteris testamenti.

LXXVIII. ¶ Non oportet clericos ignaros præsumptos super monumenta in campū my-  
stera portare, aut distribuere sacramenta, sed aut in ecclesia, aut in basilica vbi martyrum  
reliquiæ sunt positæ, ibi pro defunctis oblationem offerri.

¶ Sequuntur Canones ad laicos pertinentes.

LXIX. ¶ Non liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, & sacrificia-  
re mortuis.

LXX. ¶ Non liceat laicis vel clericis ab hæreticis eulogias accipere, quia maledictiões ma-  
gis sunt q̄ benedictiones, neq; liceat aut cum hæreticis aut cū schismaticis orare.

LXXI. ¶ Si quis paganorum consuetudinem sequens, diuinos & fortilegos in domū suam  
introduxerit, quasi vt malū foras mittant, aut maleficia inueniant, vel lustrationes paganorū  
faciant, quinq; annis pœnitentiam agant.

LXXII. ¶ Non liceat Christianis tenere traditiones gentilium.

LXXIII. ¶ Non liceat Christianis obseruare & colere elementa, aut lunæ, aut stellarum  
cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo faciendam, aut propter segetes vel arbores  
plantandas, vel coniugia socianda. Scriptū est enī. Omnia quæ facitis, aut in verbo, aut i ope-  
re, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agētes deo.

LXXIII. ¶ Non liceat agere diem Calendarum & otijs vacare gentilibus, neq; lauro aut  
viriditate arborū cingere domos. Omnis hæc obseruatio paganissima est.

LXXV. ¶ Non liceat in herbaz collectionibus, quæ medicinales sunt, aliquas obseruatio-  
nes, aut incantationes attendere, nisi tantum cum simbolo diuino, & oratione dominica, vt  
tantum deus creator omnium & dominus honoretur.

LXXVI. ¶ Nō liceat mulieres christianas aliquam vanitatē in suis lanificijs obseruare, sed  
deum innocentē adiutorem, qui eis sapientiam texendi donauit.

LXXVII. ¶ Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit, septē an-  
nis pœnitentiam agat.

LXXVIII. ¶ Si qua mulier fornicata fuerit, & infantem qui exinde fuerit natus occiderit, &  
quæ studuerit abortum facere, & quod conceptum est necare, aut certe vt non concipiat ela-  
borare, siue ex adulterio, siue ex legitimo coniugio, has tales mulieres in morte recipere com-  
munionem priores canones decreuerunt, nos tamen pro misericordia, siue tales mulieres, si-  
ue conscias scelez ipsorū, decem annis agere pœnitentiam iudicamus.

LXXIX. ¶ Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam ecclesiæ catholicæ semper  
subiaceat, & communionem in exitu vitæ suæ recipiat, si autem non voluntarie, sed casu  
aliquo homicidium fecerit, prior canon septem annis agere pœnitentiam iussit, secundus ca-  
non quinq; mandauit.

LXXX. ¶ Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit, à communione  
abstineant vsq; ad mortem, in morte autem ab eis cōmunionem accepta, si de infirmitate con-  
ualuerint, agant plenam pœnitentiam tempore constituto.

LXXXI. ¶ Si quis multis nuptijs fuerit copulatus, pœnitentiam agat, conuersio autem &  
fides pœnitentis cōpendit tempus.

LXXXII. ¶ Si quis cuiuslibet animalis commixtione peccauerit, quindecim annis in hu-  
militate subiaceat ad ecclesiæ ianuam, & post hos alijs quinq; annis in orationis communio-  
nem receptus pœnitentiam agat, & sic gratiam suscipiat sacramenti. Interrogentur autem alijs  
de eo qualem vitam in pœnitentia egerit, & sic communionis misericordiam consequatur.  
Si quis autem post viginti annos habens vxorem, huic peccato irruerit, viginti quinq; annis

b 2 humilitati



## Concilium Braccarense tertium

humilitati subiaceat, & quinque annis orationibus tantum communicans, postea recipiat sacramentum. Quod si hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in exitu consequatur, oportet enim tales inter damnatos orare.

**X** LXXXIII. ¶ Si quis de corpore exiens nouissimum & necessarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur, quod si in desperatione positus, post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum oratione particeps sit. Nam non accipiat sacramentum, donec constitutum pure impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum consideratione & probatione episcopi accipere debent.


**Y** LXXXIII. ¶ Si quis intrat in ecclesiam dei & sacras scripturas audit, & pro luxuria sua auertit se à communione sacramenti, & in obseruandis mysterijs declinat constitutam regulam disciplinæ, illum talem proijciendum de ecclesia catholica esse decernimus, donec poenitentiam agat, & ostendat fructum poenitentiae suae, ut possit communionem perceptam, indulgentiam promereri.

**Z** LXXXV. ¶ Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum introeuntes orare cum eis, neque liceat cum eis in alia ecclesia segregari, si autem aliquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato communicauerit, quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam, excommunicetur.

¶ Explicit liber excerptorum sancti Martini Braccarensis episcopi ex synodis orientalium.

## Incipit concilium Braccarense tertium. Habitum

anno quarto Vuambani regis. Era. DCXIII.

**&**  Ecenter satis per diuinum spiritum in Braccarensi vrbe collecti, & de his quae intra ecclesiam peruersa actione geruntur tractaturi conuenimus, ut adiuuante nos illo qui dicit, Vbi cumque duo vel tres collecti fuerint in nomine meo, ibi ero in medio eorum, pari animo parique deuotionis studio exurgentes, male habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in vnum synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati, primum de sanctae fidei sacramento cepimus habere sermonem, scilicet, ne aut vnitatem disputantium, aut nescientiam simplicium erroris quippiam in hoc sacramento fidei teneretur, vnde cum omnes nos in vera fidei ut speculum perlustraremus illatos, in eo quia nullum nostrum

schismatici erroris fatigauerat turbo, sed vera nos & simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos praedicatione, grates omnipotenti peregrinamus deo, quod hanc nostrae fidei regulam ipsis verbis atque sententijs commemoranter praeteximus, quibus & in conuentu Niceni concilii declaratum esse scimus.

**A** ¶ Redimus in vnum deum patrem omnipotentem, factorem caeli & terrae, visibilibus omnium & invisibilibus conditorum. Et in vnum dominum Iesum Christum filium dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula. Deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum, non factum, omnia in seipso patri, hoc est eiusdem cum patre substantiae, per quem omnia facta sunt, quae in caelo & quae in terra, quae propter nos & propter nostram salutem descendit. Et incarnatus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in caelos, sedet ad dexteram dei patris, iturus iudicare viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Credimus & in spiritum sanctum dominum viuificantem, ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum. Qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur vnum baptismum in remissione peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum. Et vitam futuri seculi. Amen.

**B** ¶ Post huius sanctae fidei sacramentum relegatus est in concione omnium nostrum error manifestus pariter & diuersus, qui tanta debet disciplinae arte retundi, quanta & peruersitate comprobatur infundi. Quidam enim in sacrificijs domini relati sunt, lac pro vino offerre, eucharistiam quae pro vino madida pro complemento communionis credunt populo porrigendam, & quod peius his omnibus est quidam sacerdotum in vasis domini epulas sibi apponunt, & manducare in eis praesumunt, quidam etiam ex sacerdotibus relati sunt, quod ecclesiasticae consuetudinis ordine praetermissa, missam sine prece orationis audeant dicere, & quod in solennitatibus martyrum reliquias suo collo imponant, & in sellulis non ab alijs se portandos, nisi ab abbatibus diaconibus credant. Illud quoque quod plerique sacerdotum absque testimonio cum foeminis commorantur, & quod quidam illorum honoratos fratres suos verberibus indiscretis subiiciant. Necnon & illud, quod quidam Symonis cupiditate arrepti, quos ordinari sunt sub cau-